

II.

LEBIA nigricollis, Nob.

Tab. I, fig. 2.



Nigra, nitida, antennarum articulo primo ferrugineo; coleoptris flavis cruce nigra.

Longit. $2 \frac{2}{3}$ lin. — Latit. $1 \frac{1}{3}$ lin.

Algore correptam semel legi in nive *del Genargentu*, ineunte iulio.

DESCR. Lebiac omnes, quotquot ad nostram hactenus aetatem ab auctoribus proditae sunt, prothorace rufō vel testacco gaudent: species nostra c contra hanc corporis partem penitus nigram habet, ideoque perquam distinctissima et primo intuitu dignoscenda inter congeneres evadit. — Caput parvum, nigrum, punctatum, punctis latis, confluentibus, ore penitus concolore. Antennae nigrae, articulo primo ferrugineo. Thorax niger, subtransversus, capite vix latior, utrinque rotundatus, marginatus, marginibus reflexis, angulis anticis rotundatis, posticis rectis, profunde foveolatis, supra in medio longitudinaliter sulcatus, subtilissime transversim rugulosus. Scutellum parvum, triangulare, acutum, nigrum. Coleoptera nigra, striato-punctata, interstitiis parce et subtilissime punctulatis, macula magna humerali alteraque apicali in singulo clytro flavis. Abdomen et pedes nigri, unguis dumtavat rufis.

AUCTORE J. GENÉ

45

Observe. Nix Genargentea, quae in seram aestatem saepissime perdurat, attentis oculis illustrata plurimas et sane perraras, quandoque etiam prorsus novas insectorum species mihi obtulit. Utrum vento perculta illic tot animalcula concidant, an nivis ipsius nitore rapta, ut id obtinet apud. nonnulla Lepidoptera diurna quae candidis linteis elonginquo advolant, me omnino latet. Utetumque vero id accidat, dolet de Insectis eo modo et loco inventis ne verbum quidem, quod ad mores vel vitac oeconomiam spectet, diei posse.